Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



76

ta. / discordes ad concordiam reuoca. / dissidentium corda ad pacem reconciliare. Iest.

HABETO placabilitatem mentis. / habeto animi benignitatem. Qui litigiosus
promptus esto in affectu. affabilis in sermone. / grato animo affare omnes. / nul
lus existat sermo iurgiorum q concordiam diuidat. Fuge rixas. deuita lites. /
tolle occasionem litis. / caue contentiones. Lite spne. / uiue semp in pace. / nullo ad
iuncto malo. Innulla causa contendas. / innulla actione decertare studeas. Con
tentio contradictionem exigit. contentio lites parat. / iurgio lites gignit. conten
tio faces odiorum accendit. / pacem cordis contentio extinguit. concordiam conten
tio rumpit. Qui inimici casu gratulat ur.

SI ceciderit inimicus tuus ne gratuleris. / in ruina aduersarii
noli extolli. / ne letaris sup inimici tui interitu. ne supuo[illegible] mant
into similia. / ne forte conuertat ds abeo in ira sua. Qui enim
congaudet inimici casu. / cito incidet in illum. Sit magis erga humiliatum huma
nus affectus. / erga deiectum sit compassionis intuitus. / delectet te dolere sup eum. q afflic
tus est. Condole in alienis calamitatibus. / saueat fletibus. / in alienis meroribus ne sis
durus. ne ferreus. / ne sint tibi dura pcordia. Sic alienam miseriam tamquam tuam luge. /
in alieno dolore luge. / in tribulatione alterius esto tristis. Cum plangentibus plan
ge. / cum flentibus fle. / cum lugentibus mentis affectum coniunge. Qui apud malos habitat.

HOmibus acutibus tuis. in omni opere tuo. in omni conuersatione tua. imitare bo
nos. emulare sctos. / habeto ante oculos exempla sctorum. / exempla iustorum conside
ra. / exempla iustorum ponere tibi. / sint tibi patrum exempla disciplinae incitamenta.
Intende ad bene uiuendum documenta iustorum. / intende ad bene operandum uirtutem
sctorum. Nullum uitae tuae scandalum habeto infamia. / nullum opinio contristet aduersa. Disce
bono flagrare pconio. / habeto testimonium bonum. / custodi bonam famam tuam. / nullis
fetoribus obscuretur. / nullus lacerentur opinionibus. / Laceratio enim opinionis bonae iac
turam facit. Qui glam pplare querit. CAUE autem glam pplarem. / desine la
cari te in adulantium oculis. / uana admiratione uulgi. Non sis circumflatus uen
to fauoris. / contempne fauores. / contempne laudes pplaris fauoris. Esse magis
bonus quam uideri studeo. / ne erqtras siqs te extollat. aut siqs contempnat. / nec
fauor te seducat. nec uituperatio frangat. Qui laudem ne appetit. / nec contume
liam sentit. Si contempnis laudem. / facile et uituperationem reiciet. Non ideo te bo
num existimes si bonum pdiceris. / in lingua aliena conscientiam tuam interroga.
Discerne cogitationes tuas qd uelit. qd facias. / discerne te tuo ne alieno iudi
cio. / ne eq, extraneis sermonibus, extrua mente te metiaris. Nemo magis scire potest
qs sis tu. sic tu. q conscius es tui. Qd enim pdest du malus es si bonum pdiceris. /
aut qd boni laus prunet adrem salutis si aliud es. Qui in moribus leuis ac simu
lator est.